



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institvtiones Morales

In Qvibus Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1612

14 Quibus modis pignus, hypotheca soluantur, et liberentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14014

pignoris, & ibidem Innocentius, Azo, & alii, de quibus Covarruias lib. 1. *variar. resolut. cap. 7. nu. 1. & 2.* Angelus in verbo *Dotes, nu. 11.* Silvester. eodem verbo, *quastio. 12. & in verbo Restitutio. 6. q. 3.* Secunda est opinio, eam esse potioris ceteris omnibus anterioribus, tam tacitis, tum expressis. Ita Cynus, Ioann. Andreas, Petrus, cognomento Belapertica, Aretinus, & alii, de quibus Silvester, & Cardinalis in ius, quos supra diximus, locis. Ita quoque Cardinalis & Panoritanus in c. *ex litteris de pignoris*: qui quidem Auctores duplici hac ratione nituntur. Primo, quia in *l. Affiduis naper allata, & Authen. de aequal. dotes, §. his consequens*, praefertur ceteris omnibus anterioribus, sed qui totum dicit, nihil excludit. Deinde, quia (ut eorum exemplo vitat) si vinco vinceam te, vinco etiam te, *ex c. Autheritates de concess. Praben. in Sexto*. Sed qui mutuum dat ad reficiendam, vel extendendam nauim, ceteris antepositur ete ditionibus, qui sunt antiquiores. *l. Interdum, & seqq. ff. qui potiores in pignori habentur*. Atqui dotale pignus potioris est iuris quam haec hypotheca, ut habetur in *Authen. de aequal. dotes, §. his consequens*, ergo dotalis hypotheca est omnium potissima. Tertia opinio eorum est, qui volunt, Dotalem quam dixi hypo. hanc anteferi expressae hypothecae, quae solo consensu est contracta, non tamen eiusdem possessio ad creditorem transit, quia possessor pignoris semper antece. ceteros creditores.

In hac quaestione illud mihi in primis dicendum videtur, sepe Principum legibus, aut civitatum, aut populorum statuis, dotalem hypothecam anteponi ceteris hypothecis anterioribus tacitis quidem, sed non expressis. Deinde, in iure communi ramentis res est dubia, primum tamen sentiam esse communem, & probabiliorem, ac veniorem extremis. Nam in *l. Affiduis, & Authen. de aequal. dotes*, solum videtur anteferi aliis hypo. hecis, quae privilegio legis sunt potiores, ergo solum anteferi tacitas hypothecas antiquiores non expressas: idque ratione naturae satis videtur ostendi: quia privilegium vi legis acquiritur, potest facile lege tolli, cum sit beneficium a lege concessum, ut privilegium, quod quis vigilando, & sibi cauendo acquirit, non solet legem auferri.

Quaes, an dotalis hypotheca sit potior ceteris posterioribus quidem tempore, sed expressis? Aretinus negat esse potiores, ut etiam Alexander teste Neguliano in loco supra nominato. At oppositum magis ad veritatem accedit, iuxta Covarr. & Neguliano sententiam ex Baldo, Dyo, Saliceto, & aliis, quos idem Covarruias profert *ibid.* ubi verò dicit sunt dotes, hypotheca prior posterior potior est, & ideo si mater secundo nupit, libet ex prior matrimonio geniti, in recuperanda dote post mortem matris, filius ex secundo matrimonio datus praefertur. *l. Affiduis, C. Qui potiores in pignoris habent. & Authen. de aequal. dotes, §. His consequens est.*

Quaes, an hypotheca dotalis, si expressa sit, antefertur aliis hypothecis antiquioribus expressis. Duae sunt sententiae, una est afferentium, eam anteferi, quam probant Aretinus, Angelus, & Baldus teste Neguliano *de pignoris, par. 2. memb. 4. nu. 99.* Altera sententia negat ceteris praefertendam hypothecis: quam sequitur Negulianus, pro eius confirmatione, Glossam, Salicetum, & alios in medium producentes, eandem quoque sententiam Covarruias, & Antonius Gomes probant & sequuntur. Rogabis, an idem privilegium, & praerogativam hypothecae dotalis habeat etiam hypotheca obligata pro donatione propter nuptias, vel pro arthas, bonisue paraphernalibus, cum eorum administratione penes maritum est, vel pro incremento dotes? Respondeo: quamvis horum singula tacitam hypothecam habeant, ut antea probavi: ius tamen praerogativae solum habet hypotheca pro dote, vel pro incremento dotes obligata: hoc enim colligitur ex *l. Affiduis, & Authen. de aequal. dotes, superius dictis*, & ita docet Negulianus *de pigno. par. 2. memb. 4. nu. 46.* ubi Baldus, Angelus, Salicetum, Ioan-nem, & Glossam, eius sententiae probat auctores. Quaes, etiam, An ius, & privilegium, quod habet hypotheca do-

talis, contentat non solum mulieri, sed etiam eius hereditibus? Respondeo, id iuris & privilegii competere filius, & ceteris eius hereditibus, qui sunt haeredes necessarii, non tamen hereditibus ab intestato, aut extraneis ex testamento institutis. Ita communis opinio, ut ait Negulian. *eo in loco, quem paulo ante nominavimus.*

Quibus modis pignus & hypotheca solvatur, & liberetur.

C A P V T XIV.

TALIS Titulus loco sexto extat in libro 20. Digestorum. libro eum Codicis 8. Titulus 26. est de remissione pignoris, & Titulus 31. de Lictione pignoris.

Generalem quibus modis pignus liberatur: Aut quia debitor totum debitum solvit, Aut quia creditor satisfecit. *l. Item liberatur ff. Quibus modis pignus, vel hypotheca solvatur*. Tunc autem est creditor iustitiam, cum is sua spōte consentit, ut debitor sit ab omni obligatione liber & solutus. *l. Si rem alienam, §. omnis pecunia ff. de pignorat. act.*

Speciatim verò multis modis pignus, vel hypotheca finitur & liberatur, his nempe qui sequuntur.

Primo, pignus redimitur solutione totius debiti. *l. Item liberatur ff. Quibus modis pignus, vel hypotheca solvatur. & l. pignoris causa, C. de pignorat. actione.*

Secundo redimitur pignus remissione: ut si creditor debitum, vel pignus remittat. *l. Solutum ff. Quibus modis pignus solvatur*. Si pactio itidem facta sit, ut non petenda pecunia debita. *l. Solutum, §. Si quasi ff. de pignorat. act. & l. Si tibi, §. de pignore ff. de pactis.*

Tercio, pignus solvitur alienatione eius facta consensu & voluntate creditoris. *l. Si consensit ff. Quibus mod. pign. solvat. l. Si probaverit, C. de remiss. pignoris*: nisi creditor, iustitia sui pignoris causa, in alienationem consentit.

Quarto, liberatur pignus finito, & elapso tempore: quia datum, vel obligatum creditor fuerat ad tempus. *l. Item liberatur ff. Quibus modis pignus, vel hypotheca solvatur.*

Quinto finitur, & desinit pignus, cum datus est sub conditione, eaq; conditio iam defuit. *l. Solutum, §. Si quasi, ff. de pignorat. actione.*

Sexto, solvitur pignus, cum lata est a Iudice sententia, qua debitor ab omni obligatione liber declaratur. *l. Si deficiente ff. Quibus modis pignus solv.*

Septimo, liberatur pignus, si creditore deficiente, iure debitor se nihil creditori debere. *l. Si deficiente, in m. antea citata.*

Octavo, finitur, & recuperatur pignus, cum debitor consensu creditoris, solvit creditor sui creditoris, vel alio quolibet modo satisfecerit. *l. Solutum, §. Solutum ff. de pignorat. actione & in l. Si rem alienam, §. Omnis pecunia ff. de pignorat. actione*. habetur in hunc modum: (Satisfactum autem accipimus, quemadmodum voluit creditor, licet non sit solutum, siue aliis pignoris sibi caeteri voluit, ut ab hoc recedat, siue fideiussoribus, siue dato reo, id est, ut Glossa explicat, alio, qui recipiat in se obligationem, animo, & voluntate liberandi pignus, siue pretio aliquo, siue nova conventionem, & generaliter dicendum erit, quoties recedere voluit creditor a pignore, videtur ei satisfactum, si, ut ipse voluit, sibi cauit, licet in hoc deceptus sit.) Ita lex.

Nono, pignus redimitur redditione instrumenti publici, vel traditione scripturae, ubi habuit pecunia credita, & mutua data. *l. Libet ff. de pactis & l. creditricem, C. de remiss. pign.* eodem modo pignus liberatur professione pecuniae probata. *l. pecunia, C. de solutionib.*

Decimo, solvitur pignus emptione, videlicet si credi-

tor à debitore pignus ement. *l. Titius. ff. Quibus modis pignus soluitur.*

Vnde cum pignus finitur subscriptione creditoris, vel si creditor nomen suum subscribat in chirographo debitoris, vel in alio instrumento, in quo debitor profiteatur alteri secum contrahenti rem esse obligatam, non creditori. *l. Titio. ff. Quibus modis pignus soluitur.*

Duo decimo, pignus liberatur, quando debitor offert debitam pecuniam creditori, & ipse creditor recipere eam recusat, & debitor coram testibus, fide dignis deponit in maris lupio obligato apud hominem fidelem, vel locum religio sum. *l. Nec creditores. C. de Pignorat. act.*

Decimotertio, Pignus nouatione perimitur. *l. Solutum. ff. de Pignorat. act.* est autem Nouatio, prius debiti in aliam obligationem translatio, nimirum cum ex praecedenti causa ita noua constituitur, ut prior extinguatur. *l. Nouatio. ff. de Nouationi.* Vnde omnis obligatio, quaeunque sit illa, potest nouari, dummodo secunda, in quam transfunditur, valeat ciuilitate, vel naturaliter, & dummodo ita expressè agatur, ut fiat nouatio: alioqui secunda obligatio, non est nouatio, sed erunt duae obligationes, quarum vna accedit ad alteram, *l. Omnis res. ff. de Nouationibus.* Vt pignus itidem nouatione finiatur, debet nouatio esse voluntaria, non necessaria: qualis est ea, quae fit per litem contestationem, aut Iudicis sententiam. *Glossa in l. Solutum. ff. de Pignorat. act.*

Postremo, dissoluitur pignus solo consensu creditoris, si est solo consensu contrahitur. *l. si probauerit. C. de permiss. pignor. & Glossa in l. Si tibi. §. de pignore. ff. de pactis.* Item, quando pignus creditor male tractauit, ita ut aliquid improbe in eo fecerit. Vnde in *l. eleganter. §. vlt. de pignorat. act.* dicitur: (Si quis prostruit ancillam, quam pignori accepit, illico pignus ancillae soluitur.) Hicce igitur, quos expliciti modis pignus atque hypotheca redimitur, siue soluitur.

Secundo quaeritur, An pignus per debitorem alienatum consensu creditoris, si postea iterum à debitore fuerit acquisitum, recidat in primitiam obligationem, quae omnia bona praesentia ut futura erant obligata generaliter creditori. Respondeo, minime, *l. Soluta. C. de remiss. pigno.* Potest non recidit pignus, si recedat ad debitorem ex alia causa, sicut ex legato, donatione, ex dote data, ex emptione: recedit tamen, si reuertatur ad debitorem ex eadem, vel connexa causa, ex qua fuit alienatum: quemadmodum si debitor pignus ex parte redimit, vel iterum acquisit, ex pacto ad refectionis in dem, vel ex pacto legis commissoriae. *Glossa in l. Soluta. C. de remiss. pigno.*

Tertio quaeritur, An quando soluitur pignus solo consensu creditoris, id locum habeat in omni pignore, videlicet, in eo etiam, quod traditione rei in creditorem non transfuitur, in eo quod est traditum creditori, qualis est hypotheca. Duae sunt opiniones: vna est asserentium, solum habere locum in eo, quod non proprie dicitur pignus, quod penes debitorem manet, Bartolus, Salicetus, & alii, de quibus Negulantius tractatu de pignorib. par. 6. memb. 3. num. 35. id probant, quia tale pignus solo consensu contrahitur, ac propterea etiam solo consensu dissoluitur: illud vero, quod proprie pignus est, & transit ad creditorem, non solo consensu constituitur, sed traditione rei. Altera opinio est, omne pignus intelligi, ita Baldus & Angelus: teste Negulantio, in eo loco, quem paulo ante protuli. Verum prima opinio est communis, & magis veritati fauet, vti dem auctor ait Negulantius.

Quarto quaeritur, An remissione, vel redditione pignoris facta à creditore, eo ipso facta remissio debiti censetur? Respondeo, minime, *l. i. §. i. ff. Quibus modis pignus soluitur. l. pecunia. C. de solutionibus. & l. postquam. ff. de pactis.* Ceterum remissio debiti à creditore, eo ipso remissum esse pignus intelligitur, *l. i. §. i. ff. Quibus modis pignus soluitur.* Ratio vniuersae est, quia solummodo principali vinculo, &

extincta obligatione primaria, dissoluitur, & perimitur, quod accedit, non e contrario.

Quanam actiones ex Pignore oriuntur.

CAPVT XV.

EX Pignore nascuntur duae actiones, quarum vna dicitur in iure pignoratitia, altera Hypothecaria, siue Seruana Pignoratitia, est actio personalis, ut dicitur in *l. vlt. ff. de distract. pignorum.* Hypothecaria, est realis, ut colligitur ex *l. eos. C. qui potiores in pigno. habeant. & l. pignoris. ff. de pignorib. & l. pignoris. C. eodem titulo.* Ratio huius est, quia pignoratitia actio oritur ex contractu pignoris. Omnis autem actio, quae existit ex contractu, vel quasi contractu, ex delicto, vel quasi delicto est personalis, & proinde primò est in personam, & deinde in rem ratione personae, quae contraxit, vel deliquit. Hypothecaria actio nascitur ex iure dante, hoc est, ex iure, quod creator acquisit ad pignus possidendum, & repetendum, si fuerit ipsi sublati. Omnis autem actio, quae oritur ex dominio, vel ex iure ad rem, est realis, quia est simpliciter in rem ipsam, quia vindicatur rem nostram, vel persequimur ius nostrum acquisitum in re, vel ad rem.

Pignoratitia actio est duplex, directa, & contraria. Directa competit debitori in creditorem ad repetendum pignus suum, & id, quod sua interest, eo quod totum debitum soluent, aut iam creditorem satisfecerit. Est igitur debitori ius repetendi pignus, & fructus pignoris, & id, quo possint compensari damna, quae pignus accepit, dolo, vel lata, vel leui culpa creditoris. *l. Pignoris. C. de pignorat. actione. & l. Si rem alienam. ff. eod. tit.*

Actio pignoratitia contraria conuenit creditori ad exigendas impensas necessarias, quas fecit in pignore tuendo, retinendo, conferuando. *l. Si necessarius. ff. de pignorat. act.* habet etiam ius contra debitorem, si rem alienam in ius, vel inuito domino sibi pignori dedit, vel propriam, alteri tamen obligatam, cum vique debito non sufficeret, *l. Si rem alienam. ff. de pignorat. actio.* Si res itidem pro auto datum sit loco pignoris. *l. Si quis in pignore. ff. de pignor. actio.* aut si seruus sui fuerit oppigneratus, *l. Si seruus. ff. eodem titulo.*

Actio hypothecaria conuenit creditori ad pignus possidendum, quia est sibi iure obligatum. Vnde agit in iudicio creditor, ut illud retineat acceptum, recuperet sibi ablatum, ita vt vendat & alienet, quia sibi definitio tempore debitor non soluerit, vel non satisfecerit. *Instit. de actio. §. Item Seruana,* competit etiam haeredibus creditoris contra debitorem, *l. i. C. Si vnus ex pluribus haeredibus creditoris, vel debitor. & conuenit contra debitorem & haeredes eius, l. persequutione. C. de pignor. & hypothec. & l. i. C. Si vnus ex pluribus haeredibus citata.* Conuenit etiam creditori contra tertium possessorem, penes quem pignus est, *l. pignoris. ff. de pignori. & l. pignoris. C. eodem titulo:* & contra emptorem, qui emit pignus à debitore, vt ex pretio satisfaceret debitor creditori, & postea non satisfecerit, *l. distractus. C. de pignoribus, & hypothecis.*

**

*